

INCIPIT LIBER TERTIUS
DE IUDICIIS ET CAUSIS CIVILIBUS

Cap. I. De iure reddendo et quibus diebus. R.ca.

Ad honorem Dei statuimus propter causas civiles vertentes
coram dominio Tergesti et ordinem ipsarum quod pote- 5
stas civitatis Tergesti seu vicarius loco potestatis duobus die-
bus in edomada tantum teneatur sedere ad banchum iuri-
dicum in placitis generalibus personaliter sacramento, et ibi-
dem audire et ius tribuere quibuscunque personis secundum
formam statuti Tergesti et ordinamentorum dicte civitatis, et 10
ipsis vel aliquibus ipsorum defitientibus, secundum formam
iuris comunis rationem reddere teneatur. ¶ Et dies in qui-
bus sedere debeat deputamus esse diem lune et diem veneris.
¶ Salvo quod, si aliquis ipsorum dierum esset feriata, tunc
sequenti die non feriata sedere debeat, et etiam aliis diebus 15
volumus quod audire possit in iure forenses non habentes do-
micilium in civitate Tergesti et omnes personas, si de parcium
voluntate processerit, et examinationes testium, petentes pen-
sionem domorum vel domus, petentes victualia taxationes ex-
pensarum questiones notatas sive conclusas alegationes par- 20
tium, sententias et intromissiones preferre, et ultra predicta
audire non debeat aliquam personam preterquam in supra-
dictis duobus diebus in septimana, salvis statutis spetialibus,
in quibus contineretur quod summarie vel aliter deberent audiri
187 B et cognosci, quibus per hoc no- // lumus in aliquo derogare. 25
¶ Et vicarius aliquis qui esset cum domino potestate in civi-
tate Tergesti nullo modo in iure possit audire aliquam per-
sonam in iure petentem in absentia domini potestatis in civili,
si questio esset a decem libr. par. superius, nec terminum lo-
care vel stabilire alicui persone in aliqua questione civili que 30
esset a decem libr. par. superius, sed a decem libr. par. in-